


Super Exsequias, Nobilissimae Feminae Mariae Elisabethae Heistermanniae de Zielberg, natae Kielemanniae de Kielemanseck factas Ipsis Non. Nov. Anno MDCLXV

[S.l.], 1665

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766337464>

Druck Freier  Zugang







UNIA
DEN

1842 21 Kuffen


Ac-12^{1-12.}
1-51 <R>









116







Super Exsequias,
NOBILISSIMAE FEMINAE
MARIÆ ELISABETHÆ
HEISTERMANNIÆ
de ZIELBERG,

natae

KIELEMANNIÆ de KIELEMANSECK

factas

Ipsis Non. Nov.

Anno clō lōc lxxv.

Super Expediis
Notissimas Linnæ
MARIE ELISABETH
HEISTERMANN
de KILBERG
Date
KILMANNHE de KILMANNSECK
factus
In Nova York
Anno 1763. xxv

EPITAPH.

Hic tumulus tum positus est.

Quam suorum nuper CIMBRIA posuerat monumenta honorum

Haveto Lector.

Et quantis hæc urna in lachrimis clausa sit, cognoscito.

MARIA ELISABETHA KIELEMANNIS.

Patre, Viro Perillustri.

JOH. ADOLPHO KIELEMANNO à KIELEMANSEGK,

Regiminis SLESEVIGO HOLSATICI Præside.

Matre.

Femina Nobilissima.

MARGARETHA HATTENA.

Viro Inclito

HENRICO ab HATTEN.

Regii Consilarii, & ante dictarum provinciarum Cancellarii.

Filia.

Anno c^o l^o c^o xxxvii iiii. Dec. prognata.

Dignisq; generosa domo. exculpta moribus,

Decore, elegantia. virtutum eminio.

Quale quantumq; in isto & sexu & ætate. esse queat.

An. c^o l^o c^o lxx. xix. Octob.

Felicibus himenæis adducta.

Viro Generoso. & Magnifico.

JOH. SAMUELI HEISTERMANNO à ZIELBERG.

Consilario Sereniss. SLESEV. & HOLS. Ducis.

Et ditionis EIDEROSTADANÆ Pro-principis.

Cui, quam & mollissima tori socia, per XI I I. fuisset annos,
Et non sine fecunditate thalamum habitasset.

Quartamq; sobolem masculam, unam femellam,

Non ingloria Parens, esset enisa,

Digna Avo. digna PATRE, porro datura pignora,

Ah angustas nimis humanae lubentiae metas!

Fatorum, ita videtur parentibus, acerbitatem!

Turbatus naturae ordo fuit,

Soboles omnis illa, illa spes generosae domus,

Ante Parentem, funeribus diversis, elata est,

Gentii ergo, illa inquit, ut gēmerem?

Et ut in moerore essem, facta sum mater?

Pertaesum tandem illam terrae fuit, & sequi sobolem pia festinavit

PARENS.

Anno dno MDC LXV. XIV. Aug.

Voti facta feliciter compos est.

Contra vota. MARITUS, heic tumulum posuit.

PATER, funus comitatus est.

GERMANORUM illustre jugum, lachrimas super urnam sparsit.

Addidit familia gemitum, luctum universi,

VIATOR.

CIMBRIA, si sensum in istis habet exsequiis.

Ne mirere.

HABET EADEM, IN ILLA DOMO, QUARE FELICEM, ET SINE LUCTU
ESSE VELIT.

Hactenus

HActenus sacras mea terra laurus
Severat, festas comitata pompas
Balticum quà se bimaris per isthmum,
CIMBRIA pandit,

Scilicet Phoebò nova facta sedes,
Scilicet Musis, ita facta **MAGNI**
PRINCIPIS jussu, referente Grajum,
KILONE Pindum.

Haectenus læta hæc, Remouete laurus,
Quicquid est festæ removete frondis,
Serviat nostræ lachrimosa scenæ
Frons cyparissi.

Nobili bustum positæ struendum,
FEMINÆ, circum querulus stat ordo
Proximè agnatùm, & caput obvolutus
Triste **MARITUS**.

Illa non plebis fata stirpe, non est
Prolis illius, fera quam suëvit
Sub suos vulgum Libitina raptans
Ponere census.

Illa prælustri gentiore nata
Illa **KIELMANNI** generata stirpe,
Mille qui priscas queat unus ante
-cellere ceras.

Magne Vir, vestras pavet ala laudes
Debilis, forsan recinende nobis
Si queat vestras hedera inter olim
Serpere laurus.

Coge vicinas, age, SLIA nimphas
Et jube fletus, fluidumq; pulli
Sirma vestitus, & amicla furvæ
Sumere abollæ.

Coge funebri resonare leisu
FEMINÆ mores niveos beatæ:
Coge virtutes memorare in isto
Pectore natas.

Fulgidum dicant apicem decoræ
Frontis, & flores roseos genarum
Lacte submixtos, roseoq; labra
Fulgida cocco.

Ipsa, magnorum monitis PARENTUM
Sedulô doctam, refer: & sequacis
Indolem GNATÆ, generosa quando
Jussa darentur.

Tuq;, quâ pinguem occidua liquorem
Fluctibus misces Thetidos sonoris,
Fertiles & quâ rapidus relinquis
EIDORA glebas:

Pone

Pone frondentis philyras coronæ
Atq; rorantes, age sis, sorores
Provoca luctu, thalamiq; concors
Didito vinclum,

Quumq; moeroris gravitas **MARITO**
Eximat voces, hebetetq; verba,
Tu breves tristi refer ore menses
Molliter actos.

Tu torum prolis cane sis feracem,
Quam tamen cœli properavit ardor
Limine in vitæ nimius ruenti e-
-ducere mundo.

Ufq; quid cessas? age scande mecum
Scande Pimpleis super alta cœli,
Temne terrarum brevia, & repostos
Punctula montes.

Ibimus fursùm, **KILEMANNIN** inter
Astra scrutantes, superùmq; sanctos
Mentium cœtus. age, surge mecum
Sidera calcans.

Fallor? an cerno vigiles micantis
Ætheris flammæ, amethystinumq;
Cynthiæ fulgur, rutilosq; læti
Solis amictus.

Et

Et choros cerno nivibus gemellos
Coelicum, & pictas radiantis HEISTER-
MANNIÆ vestes, madidosq; multo
Nectare crines.

Fata quid multo quæruī peracta
Fletu adurgemus? pia mens relictas
Nauseat terras, oculo irretorto
Sidera spectans.


Auffer atratas, pia turba, frondes,
Auffer imbellem, pia turba, lessum,
*Qui triumphantum solet esse plausus
Verba feremus.*


Ad exsolvenda
Officiolissimi cultus
debita

f.

DEDL. DIEDR. DANCVERT.







ferunt ex optatissimi nati! Et quid de filiabus Tuis dicam,
tui & seculi ornamentis? quæ & ipsæ nobilissimas familias, ge-
næ sanguine, in novas inclytasq; stirpes succrescente, illustrant? In-
prima, MARIA ELISABETHA (quæ lux & gloria fœmina-
generoso Dno JOHANNI SAMUELI HEISTERMANNO
LBERG collocata. HEISTERMANNUM autem cum dico,
ntum aliquod exemplum in omni cultu civili ac habitu perfecti
co. Ita enim in eum, & morum concinna Suavitas, & rerum
darum cum variâ eruditione peritia, atq; eximius planè animi
or confluerunt, ut quâ parte horum magis mereatur æstimari,
le oppidò sit decernere. Ego certè ab ipsis planè Gratiis elabora-
sse virum judico. MARIE ELISABETHÆ natu proxima
A MARGARETA, è celebratissimâ BROCKTORFIORUM
A MARQUARDO WOLFGANGO, heroi strenuo nupta.
citas est SOPHIÆ AUGUSTÆ, natu in hâc pul-
minimæ, quæ WOLFGANGO BUCHWALDIO,
pis generosissimæ propagini sociata, extendere in se-
m prosapiam, & novas ac eminentiores in eam virtu-
promittit. Sunt hæc profectò bona omnia tanta, ut
n commemorationem oratio mihi vix suppetat, de-
atq; succubitura, si pro dignitate singula exornare in-
n esset. Retribuit DEUS pietati Tuæ, Excellen-
, quando inter medios fragores bellicos, inter alter-
mirabiles & periculosissimas vices, inter invidorum,
lorum insidias, odia, crudelissimasq; minas, Te ani-
fractum, integrâ gloriâ, florente famâ, constante
erum ac populi favore, dignitatibus salvis & insuper
vit, servavit, munivit, atq; ita evexit, ut vix amplius
is divina illa faventia potuisset adstruere. Tu intereà,
Domine, inter tot ac tanta Tibi propria decora atq;
hil abis à pristinâ tuâ humanitate, & verecundiâ ac
â modestiâ. Quæ maximus Princeps, quæ Patria, quæ
Atlantæis tuis pro communi egregio exhaustis labori-
pendere, & promptissimâ manu Tibi tuisq; offert
non nisi trepidè atq; cunctanter, hæsitans ac multum
, ut modestissimi solent, admittis. Quæ res profectò
m in ejusmodi admirationem rapit, ut agnoscere pa-
inter omnes divini animi tui dotes, omnia decora,
se maximum, quod publico natus factusq; bono
edicari malis. Sunt omnia, quæ hæctenus de Te
mihi

